VSVS.

Job: 14. *Nunc:* Ut Chriſtus vitæ terminum
ψ 31. attigit: ita & cuiq; hominum tempus
Ecclеſ: 3. vivendi & moriendi eſt determinatum.
2. Ti: 4. *Vadit:* non rapitur. Voluntariè itaq;
Joh: 10. patitur amore noſtri impulſus. Itaq; &
Luc: 24. nos mortem patienter jubeamus, quando Patri cœleſti viſum fuerit.

Ad eum: Dulcis deſcriptio mortis Chriſtianorum hic poteſt erui: vult e-
Rom: 8. nim illos habere ſecum, ut ſint credentes cohæredes Chriſti.

Nemo: Mæſtitudo impedit ſtudium
Syr: 30. verbi divini, igitur depellenda.

Veritatem dico: Paſtores Eccleſiæ etiam hoc habeant teſtimonium commune cum Chriſto, quod ſint veraces. 1. *Petri 4. Matth: 22.*

II. PROPOSITIONIS
DECLARATIO.

Expedit vobis Propoſitio: Pertinet ad genus deliberativum: quia eſt conſolatoria.

VSVS.

Doctrina: Chriſtus propter nos noſtramq; ſalutem abijt, propterea etiam deſcendit de cœlis, &c. teſte Symb: Nic:

Conſolatio: Chriſtus ad dexteram Pa-
1. Joh: 2. tris intercedit pro nobis.

Adhor-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn332482561/172 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG